

CLARISS. VIRI  
PHILIBERTI  
BRUSSELI IVRECONSULTI,

Auratae militiae Equitis, in rebus tam priuatis, quàm  
publicis, olim Carolo V. Imperatori, nunc  
Philippo Hispaniarum Regi in hac in-  
feriori Germania Consiliarij,  
supplicumq; libellorum  
Magistri:

De Conditionibus libri quatuor.

In quibus difficillima quaeq; & contractuum & testamen-  
torum, ac pleraq; singulari intellectu, dilucidè explicantur.




LOVANIJ.

Apud Petrum Colonaum Bibliop. Iura.

1560.

Cum Priuilegio Regio ad octennium.



COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

# CLARISSIMO ET

AMPLISS. VIRO DOMINO VIGLIO

Zwiche mo aurata militia Equiti, privatiq; Cōsiliij  
in inferiori hac Germania Præsidi in-  
gerimo, Philibertus Brusselius

S.



*S*EPE ego mecum illustris ac magnifice  
Præsces admirari soleo, pro iure nostro ex-  
plicando (quod per exiguis olim constituisse  
dicitur tabulis) tantâ nunc natâ librorum  
esse sarraginē, ut penè mole sua gravetur,  
vnaque ætas omnibus perlegendis non sufficiat. Ut enim  
legum multitudinem prætereamus (quas tamen Plato in  
bona Repub. per paucas esse volebat) tot in his vndiq; glossæ,  
tot commentaria prodire, ut eorum neq; initium sit, neque  
finis & in multis tam hæc sunt turbulenta & incomposita,  
ut plerique hanc iuris nostri disciplinam, quæ omnibus de-  
finitis inuenta est controuersijs, maioribus quàm vllam  
circunfusam dicant tenebris. Duo fuisse olim librorum mi-  
lia, versusum tricies centena feruntur, quorum vastâ diu  
multumq; deplorata fuit immensitas. Vereor ne si ut coeptum  
est pergamus, intra paucos dies his comperiantur plura.  
Sed quid admiramur & damnamus librorum hanc immen-  
sam multitudinem, & ipsi noua proferimus commentaria.  
Quis hæc secum pugnare non statim dicat? Pugnarent ro-  
vera, nisi per hæc pauca quæ nunc proferimus, infinita in-  
terpretum glossæmata concisura crederem, multisq; ac tur-  
bulentis hæctenus de conditionibus scriptis, per hanc legum  
concinnationem & rexturam, per commodè nos deinceps ca-  
rere posse. Quin, ut ingenuè fateamur, ipsæq; produnt le-  
ges quas ad singula citamus, ac sine quibus dictis nostris nul-  
la fides sit, pleraq; hæc multò aliter nostra sunt, quàm ius

Papi.

## PRÆFATIO.

Continens totius tractatus diuisionem.



*VM* ea quæ in toto Iure de conditionibus conscripta sunt confusa adco ac cōturbata esse viderem, vt neque principium, neque medium neq; finem in ijs reperias, & tamē ab istis præcipuas difficillimasque tam contractuum, quàm testamentorum quæstiones pendere: ideoque accurratius præ cæteris omnibus tractandas fuisse: operæ precium me facturum esse arbitratus sum, si hanc *εὐχνοσὶν καὶ ἀπορμίας* de his saltē remouerē. In quatuor itaque libros hunc tractatum dispartiedum putauī.

Primi hæc erūt capita,

Quid sit conditio. Quæ conditionum sint species. Quæ verba conditionē faciant. De cōditionis tacita repetitione.  
Secundi.

De pendentis conditionis viribus & effectu. De ijs quæ in conditione sunt. De potestate conditionis existentis. De effectu conditionis deficientis.

Tertij.

De conditionum interpretatione. De cōditionis implemto. De iure earum rerum, quæ dantur cōditionis implenda gratia. Vt conditiones fingantur impleta. Qui actus conditionem recipiant, qui non.

Quarti.

De conditionibus quæ insunt tacitè. De conditione impossibili. De conditione necessaria. De conditione concepta in præsens vel præteritum. De conditione actus solutiua.

A. PHILI